

JOHANNIS CAPREOLI

THOLOSANI

ORDINIS PRÆDICATORUM, THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGIÆ

DIVI THOMÆ AQUINATIS

DE NOVO EDITÆ


CURA ET STUDIO

RR. PP. CESLAI PABAN ET THOMÆ PÈGUES

EJUSDEM ORDINIS

OLIM IN CONVENTU THOLOSANO PROFESSORUM

TOMUS VI



TURONIBUS

SUMPTIBUS ALFRED GATTIER, BIBLIOPOLÆ EDITORIS

TABULA^(x)

DISTINCTIO I, II ET III^(y)

Quæstio I

UTRUM IN SACAMENTIS NOVÆ LEGIS SIT ALIQUA
VIRTUS GRATIE CAUSATIVA
(p. 1.)

CONCLUSIO 1^a : Diffinitio sacramenti quam ponit Magister, scilicet : *Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma, ita ut ejus imaginem gerat, et causa existat*, est bene assignata, et competens sacramentis novae legis. — Contra hanc arguit Durandus de Sancto Portiano, Ordinis Praedicatorum Doctor.

CONCLUSIO 2^a : Sacraenta nova legis consistunt in rebus et verbis. — Durandus.

CONCLUSIO 3^a : Sacraenta nova legis sunt causa gratiae non solum per modum cause *sine qua non*, immo per modum cause *per quam*. — Durandus, Scotus, Aureolus.

CONCLUSIO 4^a : In sacramentis nova legis est aliqua virtus gratiae causativa. — Durandus, Scotus, Aureolus.

Quæstio II

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS CAUSENT
GRATIAM
(p. 53.)

CONCLUSIO 1^a : Sacraenta veteris legis non conferabant gratiam ex aliqua virtute eis inherente, sicut faciunt sacramenta nova legis. — Aureolus.

(x) Hinc est tabula quam Thomas a Sancto Germano, in editione 1483, quarto volumini premit.

(y) II et III. — Om. Pr.

CONCLUSIO 2^a : In circumcisione conferebatur gratia, licet non virtute circumcisionis. — Scotus, Aureolus, Durandus.

Quæstio III^(z)

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS POSSINT POST
PASSIONEM CHRISTI SINE PECCATO MORTALI OBSERVARI
(p. 63.)

CONCLUSIO 1^a : Sacraenta veteris legis, et aliae ceremoniae legales, cessaverunt, quoad vim obligandi, et quoad utilitatem eorum, in adventu Christi. — Scotus.

CONCLUSIO 2^a : Sacraenta legalia non possunt observari pro nunc sine peccato mortali. — Scotus.

CONCLUSIO 3^a : Baptismus non obligavit ad sui susceptionem, nec cadebat sub præcepto, ante passionem Christi. — Scotus.

CONCLUSIO 4^a : Sacraenta nova legis conferunt gratiam alterius rationis quam sit gratia donorum et virtutum. — Quidam recitati a Petro de Palude.

DISTINCTIO IV

Quæstio I

UTRUM BAPTISMUS IMPRIMAT ALIQUEM CHARACTEREM
IN ANIMA
(p. 78.)

CONCLUSIO 1^a : Aliqua sacramenta novae legis impriment characterem. — Scotus, Aureolus, Durandus.

(z) Circa primam et duas sequentes distinctiones. — Ad. Pr.

TABULA

CONCLUSIO 2^a : Character est subjective in potentia animæ, et non in essentia. — **Scotus.**

CONCLUSIO 3^a : Character est subjective in potentia intellectiva. — **Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 4^a : Non omnia sacramenta novæ legis imprimit characterem, sed solum tria. — **Scotus.**

DISTINCTIO V ET VI

Quæstio I

UTRUM PARVULI INFIDELIUM SINT INVITIS PARENTIBUS BAPTIZANDI

(p. 413.)

CONCLUSIO 1^a : Pueri infidelium filii, nondum habentes usum rationis, non sunt baptizandi, invitatis parentibus. — **Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 2^a : Omnes parvuli baptizati aequali effectum per se suscipiunt in baptismō, ex ipso baptismō. — **Scotus.**

CONCLUSIO 3^a : Recipiens scienter baptismū a malis ministris, ab Ecclesia Dei præcisis per haeresim, schisma, vel excommunicationem, extra easum necessitatis, peccat. — **Scotus.**

CONCLUSIO 4^a : Malus minister baptizans cum solemnitate, quasi minister Ecclesie, peccat mortaliter; non autem si in easu necessitatis, sine solemnitate, et non ut minister, baptizet. — **Durandus.**

DISTINCTIO VII

Quæstio I

UTRUM BAPTISMUS, AUT CONFIRMATIO A FICTIONE SUSCEPTA, RECEDENTE FICTIONE, SORTIATUR SUUM EFFECTUM

(p. 428.)

CONCLUSIO 1^a : Fiction impedit effectum baptismi et confirmationis.

CONCLUSIO 2^a : Recedente fictione, baptismus vel confirmationis suum ultimum sortitur effectum. — **Durandus.**

Quæstio II

UTRUM SACERDOS SIMPLEX, ETIAMI NON SIT EPISCOPUS, POSSIT CONFIRMARE

(p. 433.)

CONCLUSIO 1^a : Solus Episcopus potest potestate propria et auctoritate confirmare.

CONCLUSIO 2^a : Simplex sacerdos et non episcopus potest ex commissione solius Papæ confirmare. — **Durandus.**

DISTINCTIO VIII ET IX

Quæstio I

UTRUM FORMA SACRAMENTI EUCHARISTIE SIT CONVENIENS

(p. 434.)

CONCLUSIO 1^a : Eucharistia est sacramentum. — **Aureolus.**

CONCLUSIO 2^a : Eucharistia est unum sacramentum, et non plura sacramenta. — **Aureolus.**

CONCLUSIO 3^a : Forma hujus sacramenti consistit in his verbis : *Hoc est corpus meum*, et : *Hic est calix*, etc. — **Scotus.**

CONCLUSIO 4^a : Forma consecrationis panis, conveniens et completa, dumtaxat et præcise consistit in his verbis : *Hoc est corpus meum*. — **Scotus.**

CONCLUSIO 5^a : Prædicta locutio quam profert sacerdos in consecratione panis, scilicet : *Hoc est corpus meum*, vera est. — **Scotus, Aureolus.**

CONCLUSIO 6^a : Sola conveniens et completa forma consecrationis sanguinis Christi est haec : *Hic est calix sanguinis mei*, etc. — **Durandus, Aureolus, Quintus, alii.**

DISTINCTIO X

Quæstio I

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN ALTARI, VEL IN SACRAMENTO EUCHARISTIE, REALITER

(p. 435.)

CONCLUSIO 1^a : Verum corpus Christi est in sacramento Eucharistie secundum veritatem, et non solum sicut

TABULA

xi

in signo, vel secundum solam figuram. — **Durandus, Aureolus.**

CONCLUSIO 2^a : Verum corpus Christi, per hoc quod incepit esse realiter in sacramento in terris, non desinit esse realiter in celis; immo simul est in celo localter, et in terra vel altari sacramentaliter, et in diversis locis et altaribus in terra simul. — **Scotus, Aureolus.**

Quæstio II

**UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN EUCHARISTIA
SACRAMENTO, VEL CHRISTUS TOTALITER**
(p. 181.)

CONCLUSIO 1^a : Christus est totus et totaliter in hoc sacramento, quoad omnem sui substantiam. — **Scotus, Aureolus, Henricus (2).**

CONCLUSIO 2^a : In Eucharistia est totus Christus totalitate quantitatis dimensiva, sic quod tota quantitas dimensiva corporis Christi est in hoc sacramento. — **Durandus, Scotus, Aureolus.**

Quæstio III

**UTRUM CHRISTUS SIT IN EUCHARISTIA MOBILITER, HOC
EST, UTRUM IBI MOVEANTUR LOCALITER**
(p. 199.)

CONCLUSIO 1^a : Christus, secundum esse quod habet in Eucharistia, non movetur per se.

CONCLUSIO 2^a : Potest tamen moveri per accidens localiter, ad motum Eucharistie. — **Scotus, Durandus.**

Quæstio IV

**UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN EUCHARISTIA VISIBILITER,
HOC EST, UTRUM POSSIT IBI VIDERE OCULO CREATO**
(p. 206.)

CONCLUSIO 1^a : Nullus oculus corporalis potest videre corpus Christi prout est in hoc sacramento. — **Scotus.**

CONCLUSIO 2^a : Quilibet oculus intellectualis beatus potest videre corpus Christi prout est in hoc sacramento. — **Scotus.**

CONCLUSIO 3^a : Nullus oculus intellectualis, non beatus, potest videre, cursum naturali et propria virtute naturali, corpus Christi prout est in hoc sacramento. — **Scotus.**

(2) *Henricus.* — *Om. Pr.*

DISTINCTIO XI

Quæstio I

UTRUM POST CONSECRATIONEM EUCHARISTIE REMANEAT
I BI SUBSTANTIA PANIS

(p. 229.)

CONCLUSIO 1^a : Substantia panis et vini non remanet post consecrationem in hoc sacramento. — **Quidam Johannes Parisiensis, Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 2^a : Substantia panis et vini, licet non maneat in Eucharistia post consecrationem, non tamen proprie amplificatur. — **Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 3^a : Substantia panis et vini convertitur in corpus et sanguinem Christi, conversione singularissima. — **Scotus, Durandus, Aureolus.**

DISTINCTIO XII

Quæstio I

**UTRUM ACCIDENTIA SEPARATA A SUBSTANTIA PANIS CON-
VIVENT IN CORPUS CHRISTI, POSSUNT IMMUTARE SUB-
STANTIALITER ALIQUID EXTRINSECUM**

(p. 239.)

CONCLUSIO 1^a : In sacramento Eucharistiae remanent accidentia panis sine subjecto quod sit substantia, et aliquid accidens sine quoemque subjecto. — **Scotus, Aureolus.**

CONCLUSIO 2^a : Predicta accidentia possunt innutare substantialiter aliquid extrinsecum. — **Scotus.**

CONCLUSIO 3^a : Predicta accidentia possunt corrupti, et ex eis sic corruptis potest generari substantia. — **Scotus, Durandus.**

DISTINCTIO XIII

Quæstio I

**UTRUM HOSTIE VEL SANGUINE A BUCCHIS CONSECRATO
POSSIT ALIQUID ADMISCERI**

(p. 256.)

CONCLUSIO 1^a : Plures sacerdotes possunt simul unam et eandem hostiam, vel idem vinum consecrare. — **Durandus.**

Conclusio 2^a: Vino consecrato potest alius liquor admissari. — Durandus.

peccans, potest in statu illo, extra charitatem, satisfacere pro peccatis prius sibi dimissis. — Scotus, Quidam alii quos recitat Petrus de Palude.

DISTINCTIO XIV.

Quæstio I

UTRUM SACRAMENTUM PONITENTIE POSSIT TOLLERE
CULPAM, REMANENTE REATU

(p. 290.)

Conclusio 1^a: Pénitentia est sacramentum. — Durandus.

Conclusio 2^a: Propria materia sacramenti pénitentiae sunt peccata. — Aureolus.

Conclusio 3^a: Sacramentum pénitentiae quandoque tollit culpam et totum peccatum; quandoque vero tollit culpam, remanente aliquo reatu. — Scotus, Aureolus.

Quæstio II

UTRUM POST PONITENTIAM RESURGAT HOMO
IN EQUALI VIRTUTE

(p. 315.)

Conclusio 1^a: Per pénitentiam virtutes restituuntur.

Conclusio 2^a: Pénitens non semper resurgit in equali gratia vel virtute, immo quandoque in minori. — Scotus, Aureolus, Henricus.

DISTINCTIO XV.

Quæstio I

UTRUM HOMO POSSIT DEO SALISFACTARE PRO PECCATO

(p. 324.)

Conclusio 1^a: Purus homo non potest perfecte satisfacere Deo, nisi in virtute meriti Christi. — Scotus, Aureolus, Durandus.

Conclusio 2^a: Nullus potest satisfacere Deo de uno peccato, non satisfaciendo de aliis, sed illud refrendo. — Scotus.

Conclusio 3^a: Nullus, post remissionem peccati mortalis sibi factam per contritionem, noviter mortaliter

peccans, potest in statu illo, extra charitatem, satisfacere pro peccatis prius sibi dimissis. — Scotus, Quidam alii quos recitat Petrus de Palude.

Conclusio 4^a: Opera extra charitatem facta, sicut non sunt satisfactoria, ita nec alicuius præmii, etiam temporalis, propriæ meritaria. — Quidam recitati a Petro de Palude.

DISTINCTIO XVI.

Quæstio I

UTRUM PECCATUM VENIALE POSSIT REMITTI
SINE MORTALI

(p. 346.)

Conclusio 1^a: Peccatum veniale non potest dimiti voluntate manente ad illud.

Conclusio 2^a: Unum peccatum veniale potest dimiti sine alio veniali.

Conclusio 3^a: Peccatum veniale non potest dimiti sine mortali, vel mortali remanente. — Durandus, Alii.

Quæstio II

UTRUM PONITENTIA HABEAT PARTES

(p. 348.)

Conclusio 1^a: Pénitentia habet partes. — Durandus.

Conclusio 2^a: Pénitentia, secundum quod est virtus, non habet partes.

Conclusio 3^a: Partes pénitentiae convenienter assignantur tres, scilicet: contrito, confessio, satisfactio. — Durandus, Alii, Auctor.

Conclusio 4^a: Prædictae partes dicuntur partes pénitentiae integrales.

DISTINCTIO XVII.

Quæstio I

UTRUM VIRE CONTRITUS ET PONITENS PRIPS DEBEAT
ELIGERE PENAM INFERNU, VEL OMNINO NON ESSE,
QUAM PECCARE

(p. 356.)

Conclusio 1^a: Contritus tenetur in generali velle pati magis quamcumque penam quam peccare; non ta-

men tenetur in speciali descendere ad penam inferni, vel aliam. — Durandus.

CONCLUSIO 2^a : Quilibet contritus magis dolet et maiorem displicentiam habet de peccato inquantum est offensa Dei, quam de eodem ut est nocivum sibi ipsi. — Durandus.

CONCLUSIO 3^a : Fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatum oppositum fortitudini quam mortem corporalem; et, secundum rectam rationem, exponit se morti, et eligit mortem, propter bonum commune, cuius est pars. — Durandus.

Quæstio II



UTRUM CONFESSIO FACTA AB ILLO QUI NON EST CONTRITUS NEG PENITENS ALIQUID VALEAT

(p. 374.)

CONCLUSIO 1^a : Confessio facta sine contritione non vallet, pro tempore quo sit, ad remissionem peccati quoad culpam vel penam.

CONCLUSIO 2^a : Talis confessio, recedente fictione, incipit esse fructifera confitenti. — Durandus, Godofridus.

CONCLUSIO 3^a : Taliter confessus non tenetur iterare confessionem prius factam, sed solum confiteri suam fictionem. — Godofridus.

DISTINCTIO XVIII

Quæstio I

UTRUM CONFESSIO NON INTEGRA POSSIT ALIQUID VALERE AD SALUTEM

(p. 386.)

CONCLUSIO 1^a : Confessio debet esse sic integra ut homo confiteatur uni omnia peccata que habet in memoria. — Durandus.

CONCLUSIO 2^a : Non est necessarium quod confitens semper absolvatur ab omnibus peccatis confessis per unum et eundem; immo potest per unum absolviri ab aliquibus et non ab aliis, sed remitti ad alium qui absolvat a reliquis. — Durandus, Auctor contra utramque simul.

DISTINCTIO XIX

Quæstio I

UTRUM QUILIBET SACERDOS POSSIT UTI CLAVE QUAM HABET, IN QUEMLIBET HOMINEM

(p. 394.)

CONCLUSIO 1^a : In Ecclesia sunt et debuerunt esse claves.

CONCLUSIO 2^a : Clavis Ecclesie est potestas ligandi et solvendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere; indignos excludere debet a regno. — Scotus.

CONCLUSIO 3^a : Sacerdos non potest uti clavis sine potestate in quemlibet hominem. — Durandus.

CONCLUSIO 4^a : Sacerdos potest absolvere et ligare penitentem secundum proprium arbitrium divino institutu regulatum, aliter non. — Scotus.

DISTINCTIO XX

Quæstio I

UTRUM PER INDULGENTIAS POSSIT ALIQUID REMITTI DE PENA SATISFACTORIA

(p. 392.)

CONCLUSIO 1^a : Indulgentiae quas concedit Ecclesia, aliquid valent tam in foro Ecclesie quam in iudicio Dei.

CONCLUSIO 2^a : Hujusmodi indulgentiae valorem habent propter merita Christi et aliorum sanctorum. — Durandus, Quidam alii quos recitat Petrus de Palude, Aureolus.

DISTINCTIO XXI

Quæstio I

UTRUM PECCATUM VENIALÈ POSSIT EXPIARI QUOD CULPAM PER PENAM PURGATORII

(p. 443.)

CONCLUSIO 1^a : Culpa venialis in eo qui cum gratia dedit, remittitur post hanc vitam in purgatorio. — Durandus, Alii quos recitat Petrus de Palude.

CONCLUSIO 2^a : Peccatum veniale in inferno nullo modo potest expiari quoad peccatum. **Quidam** recitatus a **Petro de Palude, Scotus.**

Quæstio II

UTRUM IN QUOLIBET CASU TENEATUR SACERDOS CELARE PECCATA QUAE SUB SIGILLO CONFESSIONIS NOVIT

(p. 424.)

CONCLUSIO 1^a : Sacerdos debet celare peccata sibi confessa. — **Durandus.**

CONCLUSIO 2^a : Sacerdos debet celare non solum peccata confitentis, verum etiam alia in confessione sibi dicta, per quae peccata confitentis possent deprehendi. **Quidam** (a).

CONCLUSIO 3^a : Sacerdos propter nullum præceptum Ecclesie vel Prælati debet revelare confessionem. — **Quidam** quos recitat **Petrus de Palude.**

CONCLUSIO 4^a : Sacerdos de voluntate confitentis potest revelare peccatum sibi confessum. — **Durandus, Alii.**

DISTINCTIO XXII

Quæstio I

UTRUM PÖNITENTIA INTERIOR SIT RES SACRAMENTI PÖNITENTIE

(p. 434.)

CONCLUSIO 1^a : In sacramento pönitentiae, sacramentale signum est exterior pönitentia, ita quod est sacramentum et non res sacramenti.

CONCLUSIO 2^a : In sacramento pönitentiae, res proxima, quæ se habet sicut res et sacramentum, est ipsa pönitentia interior. — **Petrus de Palude, Durandus, Alius** (b).

CONCLUSIO 3^a : In sacramento pönitentiae; ultimata res, quæ sic est res quod non sacramentum, est remissio peccatorum per gratiam. — **Petrus de Palude, Durandus.**

Quæstio II

UTRUM PECCATA PER PÖNITENTIAM DIMISSA IN ALIQUO CASU REDEANT IN EO QUI RECIDIAT

(p. 445.)

CONCLUSIO 4^a : Nullum peccatum per pönitentiam se-

(a) *Quidam.* — *Auctor Pr.*

(b) *Alius.* — *Auctor Pr.*

mel dimissum nunquam redit in se idem numero, quoad identitatem actus. — **Petrus de Palude.**

CONCLUSIO 2^a : Nullum peccatum per pönitentiam dimissum redit idem numero, quoad identitatem culpæ vel maculae. — **Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 3^a : Nullum peccatum per pönitentiam semel dimissum redit idem numero quoad identitatem reatus. — **Scotus, Durandus.**

CONCLUSIO 4^a : Peccatum per pönitentiam dimissum potest redire non in se, sed in suo effectu.

DISTINCTIO XXIII

Quæstio I

UTRUM EXTREMA UNCTIO SIT SACRAMENTUM

(p. 452.)

CONCLUSIO 1^a : Extrema unctione non est merum et purum sacramentale, sed sacramentum. — **Petrus de Palude.**

CONCLUSIO 2^a : Effectus principalis hujus sacramenti est remissio peccatorum quoad reliquias peccati, et ex consequenti etiam quantum ad culpam, si eam inveniat. — **Durandus.**

CONCLUSIO 3^a : Materia proxima hujus sacramenti est oleum per Episcopum consecratum. — **Durandus.**

CONCLUSIO 4^a : Forma hujus sacramenti est oratio deprecativa, et non indicativa. — **Petrus de Palude**

DISTINCTIO XXIV

Quæstio I

UTRUM ORDO SIT SACRAMENTUM

(p. 464.)

CONCLUSIO 1^a : Ordo ecclesiasticus, in quo datur spiritualis potestas, est vere sacramentum. — **Scotus.**

CONCLUSIO 2^a : Licet sint plures ordines, omnes tamen sunt unum totale perfectum sacramentum, et non plura totalia perfecta; nec plures ordines totales et perfecti, sed unus totalis et perfectus ordo. — **Durandus, Alii.**

DISTINCTIO XXV

Quæstio I

UTRUM EPISCOPATUS SIT ORDO

(p. 478.)

CONCLUSIO 1^a : Episcopalis potestas, quoad aliqua, est superior potestate sacerdotis non episcopi. — Contra arguitur per auctoritates Hieronymi, in Decretis, Dist. 93, cap. *Legimus*; **Aureolus**.

CONCLUSIO 2^a : Episcopatus est ordo, accipiendo ordinem large, prout ordo dicitur tam de sacramento quam de officio non sacramento; non autem proprie et stricte, prout ordo est sacramentum. — **Durandus**, **Allii**, **Aureolus**.

DISTINCTIO XXVI

ET TRES SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM MATRIMONIUM SIT SACRAMENTUM

(p. 487.)

CONCLUSIO 1^a : Matrimonium est vere et realiter sacramentum. — **Durandus**.

CONCLUSIO 2^a : Matrimonium confert gratiam. — **Durandus**.

CONCLUSIO 3^a : Matrimonium, quantum ad illud quod est res et sacramentum, essentialiter est quadam relatio, quæ est de genere conjunctionis. — **Aureolus**, **Petrus de Palude**, et Allii ab eo recitati.

DISTINCTIO XXX

ET Duae SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM MATRIMONIUM BEATÆ MARÍÆ VIRGINIS HABUERIT ALIQUA BONA EXCUSANTIA ILLUD

(p. 504.)

CONCLUSIO 1^a : Matrimonium debet habere aliqua bona excusantia illud. — **Scotus**, **Aureolus**.

CONCLUSIO 2^a : Per praedicta bona actus matrimonii excusatur a peccato, et non sine illis. — **Durandus**, et alii quidam.

CONCLUSIO 3^a : Beata Virgo Maria, non obstante voto virginitatis per eam emisso, contraxit verum matrimonium. — **Scotus**.

CONCLUSIO 4^a : Illud matrimonium fuit licitum nec indiguit aliqua excusatione sicut alia.

DISTINCTIO XXXIII

ET NOVEM SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM VOTUM CONTINENTLE ANNEXUM ORDINIBUS SACRIS IMPEDIAT NE ORDINATUS POSSIT HABERE SIMUL DUAS UXORES

(p. 515.)

CONCLUSIO 1^a : Licet habere plures uxores simul sit aliquo modo contra legem naturæ, tamen talis pluralitas quandoque fuit licita ex Dei dispensatione. — **Aureolus**, **Durandus**, **Allii**.

CONCLUSIO 2^a : Votum solemne impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum; sed votum simplex, licet impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum. — **Scotus**, **Aureolus**, **Durandus**, **Petrus de Palude**, **Godofridus**, **Henricus**.

CONCLUSIO 3^a : Ordo sacer impedit matrimonium contrahendum, et dirimit jam contractum. — **Scotus**.

JOHANNIS CAPREOLI^(a)

THOLOSANI, ORDINIS PRÆDICATORUM

THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGIE DIVI THOMÆ AQUINATIS IN QUARTO SENTENTIARUM

LIBRI QUARTI

DISTINCTIO. I. II. ET III.

QUESTIO PRIMA

UTRUM IN SACRAMENTIS NOVE LEGIS SIT ALIQUA
VIRTUS GRATIE CAUSATIVA

 IRCA primam distinctionem 4. *Sententiarum*, queritur : Utrum in sacramentis Novae Legis sit aliqua virtus gratiae causativa.

Et arguitur quod non. Quia idem non potest esse in diversis. Sed ad sacramenta concurrunt diversa, scilicet res et verba. Unius autem sacramenti non potest esse nisi una virtus. Ergo videtur quod in sacramento nulla sit virtus.

In oppositum arguitur. Quia dicit Augustinus, super Johannem (tract. 80) : *Quæ tanta vis aquæ, ut corpus tangat et cor abluat?* Et Beda (cap. 40 in Lucam) dicit quod *Dominus, tactu suæ mundissimæ carnis, vim regenerativam contulit aquis.*

In hac questione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Primæ conclusio : Quod diffinitio sacramenti quam ponit Magister (4. *Sentent.*, dist. 1), sci-tet : *Sacramentum est incibilis gratiæ visibilis forma, ita ut ejus imaginem gerat, et causa existat,* est bene assignata, et competens sacramentis Novæ Legis.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 1, q^a 3, ubi sic dicit : « Illa diffinitio Magistri completissime rationem sacramenti designat, prout nunc loquimur de sacramentis. Ponitur enim efficientia sanctitatis, in hoc quod dicitur, *ut causa existat;* et modus competens homini quantum ad cognitionem, in hoc quod dicit, *invisibilis gratiæ visibilis forma;* et modus significationis homini connaturalis, scilicet ex similitudine sensibilium, in hoc quod dicit, *ut imaginem gerat.* » — Hac ille.

Item, ibidem, in solutione prime quæstiunculae, sic dicit : « Sacramentum, secundum proprietatem vocabuli, videtur importare sanctitatem active, ut dicatur sacramentum, *quo aliquid sacratur,* sicut ornamentum dicitur *quo aliquid ornatur.* Sed quia

(a) *Eximii veritatis scholæ professoris, Fratris Johannis Capreoli, Tholosani, Ordinis Prædicatorum, Liber quartus Defensionum theologie divi doctoris Thomæ de Aquino in quarto Sententiarum feliciter incipit Pr.*

actiones activorum debent proportionari conditionibus passivorum, ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur, debet esse talis sanctificandi modus, qui homini competit secundum quod est rationalis, quia ex hoc est homo. In quantum autem est rationalis, habet cognitionem a sensibilibus ortam. Unde oportet quod sanctificetur (x) homo hoc modo quod sua sanctificatio sibi innotescat, et per similitudinem sensibilium rerum. Et, secundum hoc, inventur diversa acceptio sacramenti. Aliquando enim (6) sacramentum importat rem qua fit consecratio; et sic passio Christi dicitur sacramentum; et haec est prima acceptio quam Magister ponit. Aliquando vero includit modum consecrationis, qui homini competit secundum quod cause sanctificantes, et sua sanctificatio, per similitudines sensibilium sibi notificantur; et sic sacramenta novae legis sacramenta dicuntur, quia et consecrantur, et sanctitatem significant modo praedicto, et etiam primas sanctificationis causas: sicut baptismus et puritatem designat, et mortis Christi signum est. Aliquando includit significacionem predictorum consecrantium tantummodo, sicut signum sanitatis dicitur sanum; et hoc modo sacramenta veteris legis sacramenta dicuntur, in quantum significant ea que in Christo gesta sunt, et etiam sacramenta novae legis. Relicto ergo primo modo dicendi, de sacramentis secundo et tertio modo dictis non poterit alia communis diffinitio assignari, nisi ut dicatur: *Sacramentum est sacrae rei signum*; ita quod oportet ut intelligatur modus significanti, qui est per similitudinem rei sensibilis; quod Magister addit, *ut scilicet ejus similitudinem gerat.* » — Hæc ille.

Similem sententiam ponit, 3 p., q. 60, art. 1, et 2, 3, 4.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: Illa diffinitio est bene assignata, et competens sacramentis novae legis, que explicat omnia que sunt de ratione talium sacramentorum. Sed dicta diffinitio est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod sacramenta Novae Legis consistunt in rebus et verbis.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 3, ubi sic dicit: « Hoc est commune omnibus sacramentis, quod consistant in rebus sensibilibus et invisibilem gratiam significantibus. Sed hoc est speciale sacramentis novae legis, quod rebus addantur verba, propter tres rationes. Prima est, quia haec sacramenta non solum significant opus redemptionis que per Christum facta est, sicut alia sacramenta, sed etiam ab ipsa Christi passione fluxerunt; et ideo, sicut effectus proximi, habent

sue cause imaginem, quantum possunt, ut scilicet ex rebus et verbis consistant, sicut Christus ex Verbo et carne. Secunda ratio est, quia non solum sunt signa futurorum, sicut sacramenta veteris legis, sed et praesentium et praeteritorum, que possunt expressius significari quam futura, sicut et certius cognosci; et ideo significatio verborum, que est expressiva, adjungitur significacioni rerum. Tertia ratio est, quia gratiam continent ex sanctificatione que fit per Verbum Dei. » — Hæc ille.

Similia ponit, 3 p., q. 60, art. 4, 5 et 6. Nam, art. 4, sic dicit: « Divina sapientia unicuique providet secundum suum modum; et propter hoc dicitur, *Sapient. 8* (v. 1), quod *disponit omnia suaviter*; et, Matth. 25 (v. 15), dicitur quod *dedit unicuique secundum propriam virtutem*. Est autem homini connaturale ut per sensibilia perveniat ad cognitionem intelligibilium. Signum autem est per quod quis devenit in cognitionem alterius. Unde cum res sacrae que per sacramenta significantur, sint quedam spiritualia et intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est ut per alias res sensibiles significatio sacramenti impleatur; sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in Divina Scriptura res spirituales nobis describuntur. Et inde est quod ad sacramenta requiruntur res sensibiles, ut etiam probat Dionysius in primo capite *Ecclesiast. Hierarch.* » — Hæc ille. — Et, art. 5, probat quod ad sacramenta requiruntur determinatae res. Et, art. 6, probat quod ad sacramenta novae legis requiruntur verba. Unde sic dicit: « Sacramenta adhibentur ad hominis sanctificationem, sicut quedam signa. Tripliciter ergo considerari possunt; et quolibet (x) modo congruit eis quod verba rebus sensibilibus conjungantur. Primo enim possunt considerari ex parte causæ sanctificationis, que est Verbum incarnatum, cui sacramentum conformatur quodammodo, in hoc quod rei sensibili verbum adhibetur; sicut, in mysterio incarnationis, carni sensibili est unitum Verbum Dei. Secundo possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima et corpore, cui proportionatur sacramentalis medicina, que parlem visibilem, scilicet corpus, tangit, et per verbum ab anima creditur. Unde Augustinus dicit, super illud Johannis 15 (v. 3), *Jam vos mundi estis propter sermonem*, etc. (tract. 80): *Unde ista est tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, et cor abluit, nisi (6) faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?* Tertiò possunt considerari ex parte ipsius significacionis sacramentalis. Dicit autem Augustinus, in 2 de Doctrina christiana (cap. 3), quod *verba inter homines obtinuerunt principatum significandi*:

(x) *sanctificetur.* — *sanctificatur* Pr.
(6) *enim.* — *autem.* Pr.

(x) *quolibet.* — *utroque* Pr.
(6) *nisi.* — *non* Pr.

quia verba diversimode formari possunt ad significandum diversos conceptus mentis; et propter hoc per verba magis distinete possumus exprimere quod mente concipimus. Et ideo ad perfectionem significationis sacramentalis necesse fuit ut significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur. Aqua enim potest significare et ablutionem propter suam humiditatem, et refrigerium propter suam frigiditatem; sed cum dicitur, *Ego te baptizo*, manifestatur quod aqua utimur in baptismō ad significandum spiritualem emundationem. — Haec ille. — Et, sequenti articulo, probat quod in sacramentis requiruntur verba determinata. In quibus manifeste rationes explicite continentur pro conclusione.

Tertia conclusio est quod sacramenta Novae Legis sunt causa gratiae, non solum per modum cause sine qua non, immo per modum cause per quam.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 4, q^a 1, ubi sic dicit: « Omnes coguntur ponere sacramenta novae legis aliquo modo esse causas gratiae, propter auctoritates quæ hoc expresse dicunt vel ponunt. Sed diversimode eas causas ponunt. Quidam enim dicunt quod non sunt *cause per quas*, quasi facientes aliquid in anima, sed *cause sine quibus non*: quia increata virtus, quæ sola effectus ad gratiam pertinentes in anima facit, sacramentis assistit per quamdam Dei ordinacionem, et quasi pactionem. Sic enim ordinavit, et quasi pepigit Deus, ut scilicet qui sacramenta accipiunt, simul ab eo gratiam recipiant, non quasi sacramenta aliquid faciant ad hoc. Et est simile de illo qui accipit denarium plumbeum, facta tali ordinatione, ut qui habuerit unum de illis denariis, habeat centum libras a rege; qui quidem denarius non dat illas centum libras, sed solus rex accipienti ipsum. Et quia talis pactio non erat facta in sacramentis veteris legis, ut accedentes ad ipsa gratiam acciperent, ideo dicuntur gratiam non conferre, sed promitterebant tantum. — Sed hoc non videtur sufficere ad salvandum dicta sanctorum. Causa enim sine qua non, si omnino nihil faciat ad inducendum effectum, vel disponendo, vel meliorando, quantum ad rationem causandi, nihil habebit supra causas per accidens; sicut album est causa domus, si adfector sit albus. Et, secundum hoc, sacramenta essent tantum causa per accidens justificationis. Illa enim ordinatio quam dicunt, sive pactio (a), nihil dat eis de ratione cause, sed solum de ratione signi; sicut denarius plumbeus, est tantum (b) signum indicans quis debeat accipere. Quod autem

est per accidens, omittitur ab arte; nec ponitur in definitione. Unde in definitione sacramenti non ponetur causalitas praedicta, nec sancti multum curassent dicere de ea. Nec iterum sacramenta novae legis, quæ differunt a sacramentis veteris legis, secundum ordinationem praedictam, different ab eis secundum rationem cause, sed solum quantum ad modum significandi, inquantum hæc significant gratiam ut statim dandam, illa vero non. — Et ideo alii dicunt quod ex sacramentis consequitur in anima unum, quod est *sacramentum et res*, sicut character, vel aliquis ornatus animæ, in sacramentis in quibus non imprimitur character; aliud est, quod est *res tantum*, sicut gratia. Respectu igitur primi effectus, sunt sacramenta causa aliquo modo efficientes; sed respectu secundi, sunt cause disponentes, tali dispositione quæ est necessitas, nisi sit impedimentum ex parte recipientis. Et hoc videtur magis theologis et dictis sanctorum conveniens. — Ad cuius evidentiam, sciendum est quod causa efficiens potest dupliciter dividi. Uno modo, ex parte effectus: scilicet in disponentem, quæ (z) causat dispositionem ad formam ultimam; et perficiensem, quæ (6) dicit in ultimam perfectionem. Alio modo, ex parte ipsius cause, in agens principale, et agens instrumentale: agens enim principale, est primum movens; agens vero instrumentale, movens motum. Instrumento autem competit duplex actio: una, quam habet ex propria natura; alia, quam habet prout est motum a primo agente: sicut calor ignis, qui est instrumentum virtutis nutritivæ, ut dicitur in 2. *de Anima* (l. c. 50), ex natura propria habet dissolvere, et consumere, et hujusmodi effectus; sed inquantum est instrumentum animæ vegetabilis, generat carnem. Sed sciendum est quod actio instrumenti quandoque pertinet usque ad ultimam perfectionem quam principale agens inducit, aliquando autem non. Semper tamen pertinet ad aliquid ultra id quod competit sibi secundum propriam naturam, sive illud sit ultima forma, sive dispositio; alias non ageret ut instrumentum: sicut qualitates activæ et passivæ elementorum pertingunt instrumentaliter ad formas materiales educendas de materia, non autem ad productionem animæ humane, quæ est ab extrinseco. — Dicendum igitur quod principale agens respectu justificationis, Deus est; nec indiget ad hoc aliquibus instrumentis ex parte sua; sed, propter congruitatem, ex parte hominis justificandi, utitur sacramentis, quasi quibusdam instrumentis justificationis. Hujusmodi autem materialibus instrumentis competit aliqua actio ex natura propria, sicut aquæ ablueri, et oleo facere nitidum corpus. Sed ulterius, inquantum sunt instrumenta divinae

(a) *sive pactio*. — *sine pacto* Pr.

(b) *tantum*. — *totum* Pr.

(z) *quam*. — *qui* Pr.

(6) *quam*. — *qui* Pr.

misericordiae justificantis, pertingunt instrumentaliter ad aliquem effectum in ipsa anima, qui primo correspondet sacramentis, sicut est character, vel aliquid hujusmodi. Ad ultimum autem effectum, qui est gratia, non pertingunt etiam instrumentaliter, nisi dispositive, inquantum hoc ad quod instrumentaliter effective pertingunt, est dispositio, que est necessitas, quantum in se est, ad gratiae susceptionem. Et quia omne instrumentum agendo actionem naturalem quae competit sibi inquantum est res quedam, pertingit ad effectum qui competit sibi inquantum est instrumentum (sicut dolabrum, dividendo, suo acumine, pertingit instrumentaliter ad formam sciamni); ideo etiam materiale elementum, exercendo actionem naturalem, secundum quam est signum interioris effectus, pertingit ad interiore effectum instrumentaliter. Et hoc est quod dicit Augustinus (*tract. 80 in Johani.*), quod aqua baptismi corpus tangit, et cor abluit. Et ideo dicitur quod sacramenta efficiunt quod figurant. Et hunc modum justificandi videtur Magister tangere in littera; dicit enim quod *homo non querit salutem in sacramentis quasi ab eis, sed per illa a Deo.* Hec enim praepositio *a* denotat principale agens; sed haec praepositio *per* denotat causam instrumentalem. » — Hac ille.

Similem sententiam ponit, 3 p., q. 62, art. 4, et *de Veritate*, q. 27, art. 4; nisi quod in predictis locis videtur dicere quod sacramenta pertingunt effective instrumentaliter ad ipsam gratiam, non faciendo mentionem de dispositione. Sed intelligendum est quod pertingunt ad gratiam sacramentalem effective; ad gratiam vero gratum facientem, solum dispositive, ut exponit Petrus de Palude (*4. Sentent.*, dist. 1, q. 1).

Ex quibus possunt formari multæ rationes pro conclusione.

Quarta conclusio est quod in sacramentis Novae Legis est aliqua virtus gratiae causativa.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, *4. Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 4, q^{ta} 2, ubi sic dicit: « Propter auctoritates inductas, necesse est ponere aliquam virtutem supernaturalem in sacramentis. Sustinentes autem primam opinionem, dicunt quod illa virtus non est nisi quidam ordo ad aliquid. Sed hoc nihil est dictu: quia virtus semper nominat principium alieujus actionis, et præcipue prout sumitur hic pro virtute cause; *ad aliquid* autem, sive relatio, non potest esse principium actionis, vel terminus, ut probatur, *5. Physicorum* (t. c. 10); et ideo ille ordo nullo modo potest habere nomen virtutis. Et propter hoc aliter dicendum est, quod virtus agendi proportionatur agenti. Unde alio modo oportet ponere virtutem agendi in principali agente, et alio modo in agente instrumentaliter. Agens enim

principale agit secundum exigentiam sue forme; et ideo virtus activa in ipso est aliqua forma, vel qualitas, habens esse completum in natura. Instrumentum autem agit ut motum ab alio; et ideo competit sibi virtus proportionata motui. Motus autem non est ens completum; sed est via in ens, quasi medium quid inter potentiam puram et actum purum, ut dicitur, *3. Physicorum* (t. c. 6 et seq.). Et ideo virtus instrumenti, inquantum hujusmodi, secundum quod agit ad effectum ultra id quod competit sibi secundum suam naturam, non est ens completum, habens esse fixum in natura, sed quoddam incompletum; sicut est virtus immutandi visum in aere, inquantum est instrumentum motum ab exteriori visibili. Et hujusmodi entia consueverunt *intentiones* nominari; et habent aliquid simile cum ente quod est in anima, quod est ens diminutum, ut dicitur, *6. Metaphysicæ*. Et quia sacramenta non faciunt effectum spirituale nisi inquantum sunt instrumenta, ideo virtus spiritualis est in eis non quasi ens fixum, sed sicut ens incompletum. » — Hac ille.

Ezundem probationem ponit, 3 p., q. 62, art. 4; et in *de Veritate*, ubi supra (q. 27, art. 4).

Ex quibus potest talis ratio formari: In quoque efficiente et agente, oportet ponere virtutem agendi proportionatam cause agenti. Sed sacramenta novæ legis sunt causa effectiva gratiae aliquo modo, ut causa instrumentalis. Ergo habent virtutem proportionatam agenti instrumentaliter.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam arguit Durandus (*4. Sentent.*, dist. 1, q. 1), probando quod ad sacramentum novæ legis non requirantur tres conditiones posita in probatione conclusionis.

Primo(z). Quia, ut dicit, in sacramento matrimonii nulla predictarum trium conditionum reperitur: sufficientem enim ad matrimonium verum sola verba exprimentia consensum, in quibus ille tres conditiones reperiri non possunt.

Item, de necessitate sacramenti ordinis non est consecratio materie, nec in se, nec in suo simili, saltem quantum ad quatuor minores ordines, et quantum ad subdiaconatum; et tamen sunt sacramenta.

Item, tertia conditio, scilicet quod sacramenta

(z). *Primo.* — *Omn. Pr.*

contineant invisibilem gratiam, secundum Hugonem, vel quod sint cause gratiae, secundum Magistrum, calumniam habet apud multos. Unde diffinitio data a Magistro non videtur bona; nec similiter diffinitio Hugonis (*de Sacram.*, lib. I, part. 9, cap. 2), qua dicitur: *Sacramentum est materia elementum, exterius oculis suppositum, ex institutione divina significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione invisibilem gratiam continens.* Sed diffinitio Augustini (2), qua dicitur, *Sacramentum est in quo, sub tegumento verum visibilium, virtus divina salutem nostram secretius operatur*, videtur ceteris preferenda, utpula que nullam patitur calumniam.

§ 2. — CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 1, q. 3), dicens **primo** (6), quod matrimonium potest contrahi sine verbis, pūla per litteras inter absentes, vel nutus et signa inter mutos vel verecundos, presupposito interiori consensu; et est aequum verum sacramentum sicut matrimonium per verba contractum. Quod pro tanto est, quia matrimonium fuit in veteri lege sicut in nova, nec aliquid reale additum est ad matrimonium in nova lege supra illud quod erat de ratione ejus in veteri, nisi forte invisibilitas; et ideo, sicut tunc poterat contrahi sine verbis, ita et nunc. — Nec valet quod ab aliquibus dicitur, quod matrimonium, secundum quod est sacramentum, in dispensatione ministrorum consistens, requirit aliqua verba, scilicet benedictionem ab Ecclesia institutam. Quia benedictio nubentium non est de essentia matrimonii, sed solum de solemnitate; nec omne matrimonium benedicatur, sed solum primum, et tamen secundum est sacramentum sicut primum; nec Ecclesia potest statuere aliqua que sint essentialia sacramento, etc.

Item, quod non omnia sacramenta novae legis consistant in verbis et rebus, sed solum quedam, patet. Sacramentum enim matrimonii, secundum suum potissimum esse, consistit in verbis exprimentibus consensum de praesenti. Sacramentum etiam penitentiae, prout est sacramentum novae legis, hoc est, prout includit confessionem penitentis et absolutionem sacerdotis, consistit in solis verbis.

(2) Haec diffinitio, quoad sensum tantummodo, Augustino attribuenda est; ac deduci potest ex *Questionibus in Leviticum*, q. 84. Reperitur vero, quoad verba, apud Isidorum, 6. *Etymolog.*, cap. 49; necnon in *Decreto*, caus. 1, q. 1, cap. *Mitti*; quod quidem caput collectum est partim ex sententiis Gregorii (*Reg. Past.*, part. 3, adm. 5; et 15. *Moralium*, cap. 16), partim ex verbis ipsis Isidori (loc. cit.) et Hieronymi (Comment. ad cap. 1 et 2 Malachie). — Cfr. Editionem Lipsiensem secundam *Corporis Juris Canonici*, Lipsiae 1879, vol. 1, pag. 387, 388.

(6) **primo.** — Om. Pr.

Nec requiritur in aliquo predictorum sacramentorum aliqua res praeter verba. Igitur (2) predicta sacramenta non consistunt in verbis et rebus. Et si dicatur quod in matrimonio verba unius conjugum tenent locum formae, et verba alterius tenent locum materie; in penitentia verba sacerdotis absolvientis tenent locum formae, et verba penitentis tenent locum materie; — non valet. Quia nos non dicimus quin in quolibet sacramento sit aliquid pro forma, et aliquid pro materia (quamvis in matrimonio sit difficile assignare hoc, quia quilibet conjugum de pari se habet ad matrimonium, et ideo verba unius censenda sunt sicut verba alterius); sed querimus an omnia sacramenta novae legis consistant in verbis et rebus. Et constat quod non, quantum ad predicta duo sacramenta: quia, cum dicitur sacramentum constare ex verbis et rebus, res et verba sunt duo separata, ita quod nec verba possunt accipi pro rebus, nec res pro verbis, si illud dictum debeat verificari; et ideo, quamvis in matrimonio et penitentia sint verba et verba (6), non est propter hoc dicendum quod consistant in rebus et verbis. Nec personae (7) concurrentes ad matrimonium, aut ad sacramentum penitentiae, possunt dici res, prout nunc loquimur; quia suscipientes sacramentum non sunt de intrinseca ratione sacramenti. Et si patet quod non omnia sacramenta novae legis consistant in rebus et verbis, saltem penitentia et matrimonium. — Haec Durandus.

§ 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. — Contra tertiam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 1, q. 4), prolongando **primo** (2) quod, praeter gratiam, non debeat ponri dispositio, aut ornatus causatus in anima per sacramenta. Constat enim, inquit, quod sine dispositione, vel ornatu quem ponis, potest haberi gratia, ut in illis qui sanctificantur in ictero, vel in adultis qui justificantur ante susceptionem baptismi, et in illis qui vere conteruntur ante confessionem et absolutionem. Gratia etiam habita sine illis sufficientissime ornat animam. Quare ponere tales dispositiones, vel ornatum, videtur esse pura adinventio, ad palliandum quod sacramenta aliquid causant in anima; de nullo enim alio servit predicta dispositio, vel ornatus; vel dicas de quo; et non erit facile fingere. Hic autem non includimus characterem, quia de illo fiet inferius mentio specialis.

Item, Matrimonium verum et ratum potest contrahi inter absentes, quantumcumque distantes; si ergo per tale matrimonium conferretur contrahen-

(2) *Igitur.* — Om. Pr.

(6) *et verba.* — Om. Pr.

(7) *personae.* — *per se* Pr.

(6) **primo.** — Om. Pr.

tibus bene dispositis gratia, que est a solo Deo, qui est praesens omnibus, quantumcumque inter se distantibus, qualiter tamen per verba matrimonii prodata in Hispania potest conferri alteri conjugum existenti in Francia aliquis ornatus, vel dispositio ad gratiam, non appareat probabile.

Item. Vere contritus habet gratiam antequam confiteatur vel absolvatur; si ergo per sacramentalem solutionem causatur aliquis ornatus in eo, ille non poterit esse dispositio ad gratiam, que praecessit, nec ad augmentum gratiae: quia (sicut dicit se ostendisse, lib. I, dist. 17), forma augmentabilis potest augeri (α) ex parte solius agentis, sine nova dispositio subjecti; igitur nulla necessitas est quod per sacramentum imprimatur talis dispositio, vel ornatus; nec appareat utilitas; quare nec probabilitas.

Item. Per sacramenta que dicuntur characterem imprimere, non ponitur causari talis dispositio, vel ornatus; character ergo excludit necessitatem etiam congruitatem cuiuscumque alterius dispositionis ad gratiam. Cum ergo baptismus, confirmatio, et ordo, dicantur imprimere characterem indelebillem, sequitur, ut videtur, quod baptizatis, confirmatis, et ordinatis recipientibus alia sacramenta, non imprimuntur per ea aliqua dispositio, vel ornatus; et sic illa sacramenta nihil causabunt. Et si dicatur quod character baptismi non excludit necessitatem nec congruitatem alterius dispositionis ad gratiam absolute, sed solum respectu gratiae baptismalis; et consimiliter est de charactere confirmationis, et ordinis; — non valet: quia eadem est gratia secundum speciem per quam in baptismum tollitur culpa originalis, et in penitentia culpa actualis, et per quam meritorie exercemus actus ad quos deputandum per confirmationem, et ordinem, et alia sacramenta; et ideo, si character tollit necessitatem vel congruitatem dispositionis, vel ornatus, respectu unius, tollit etiam respectu cuiuscumque alterius. Et sic non videtur quod sit ponenda talis dispositio, vel ornatus. — Haec Durandus, in forma.

II. Argumentum Scoti. — Contra eandem conclusionem arguit Scotus (4. *Sentent.*, dist. 1, q. 5), probando quod nullum sacramentum, etiam in virtute Dei, attingat ad characterem, vel dispositio- nem ad gratiam, vel ornatum effective inducendum.

Primo sic. Creaturam potest agere instrumentaliter ad terminum creationis, secundum te; et hoc ut tu dicas alibi, maxime est verum de substantia corporea, cuiusmodi est sacramentum. Dispositio autem prima, vel prievia ad gratiam, quem ponis, est terminus creationis. Ergo, etc. Minor probatur: quia illa dispositio est forma simpliciter

supernaturalis; et qualibet talis est aequa ineducibilis de potentia naturali subjecti recipientis; aequa etiam subjectum est in potentia obedientiali ad quamcumque talem formam.

Secundo. Quia ista dispositio, cum, secundum te, sit necessitans respectu gratiae quando non est impedimentum in suscipiente, sequitur quod simul fiant in anima non indisposita ista dispositio et gratia. Igitur sit in instanti, sicut et gratia. — Hoc etiam patet (α): Quia non est successio in inductione aliquius formae, nisi penes partes mobilis, vel formae. Neutrum autem est hic. Non primum: quia subjectum est indivisible. Non secundum: quia tunc gradus formae non possent esse, nisi talis dispositio continua fieret major et major; sed possibile est in aliquo suscipiente sacramentum minimam dispositionem indui, sicut et minimam gratiam infundi, ad illam autem gratiam non requiritur nisi minima dispositio; non est igitur ibi successio penes gradus secundum quos dispositio successive inducatur. — Patet etiam tertio illa propositio: Quia instrumentum non agit nisi in virtute principalis agentis; igitur, si instrumentum potest agere in tempore ad illam dispositionem, sequitur quod Deus agat in tempore vel successive ad eamdem. Consequens videatur inconveniens: tunc propter infinitatem potentiae agentis; tunc propter summam capacitatem suscipientis, non habentis contrarium. — Sic ergo supponitur ex his tribus rationibus, quod illa dispositio prievia ad gratiam, quam tu ponis, inducatur vel induci possit in instanti. Sacra- menta autem communiter non possunt habere actionem suam in instanti. Probatio (β): quia communiter in sacramentis requiruntur multa verba; illa autem non possunt habere esse in instanti; igitur in tempore; quare nec agere actione sua naturali; igitur nec supernaturali, quia, secundum te, quando instrumentum habet actionem excedentem suam virtutem, habet etiam actionem propriam. — Si autem fingatur unam (γ) illarum syllabarum totius orationis sacramentalis habere esse in instanti (quod ideo fictio est, quia formatio hujus syllabae est cum motu locali aeris, et motus non est in instanti), adhuc non salvatur propositum. Quia: aut illa esset prima syllaba; aut ultima; aut intermedia. Quaecumque ponatur, ex quo habet actionem ad illam dispositionem quae causatur in instanti, et nulla alia, sequitur quod illa sola sufficeret, et illa sola inter alias haberet rationem sacramenti; quia omnes aliae, preter illam, nec instrumentaliter, nec quocumque modo agunt illam dispositionem prieviam. Quod est inconveniens: quia, in tali oratione sacramentali, non una (δ) syllaba ponitur sacramentum,

(α) *Hoc etiam patet.* — Om. Pr.

(β) *Probatio.* — Primo Pr.

(γ) *unam.* — una Pr.

(δ) *non una.* — una non illa Pr.

sed tota oratio. — Quod si ultra singas ultimam syllabam esse sacramentum completere, et habere actionem quae attribuitur sacramento non in virtute propria, sed in virtute omnium precedentium, sicut ultima gutta in virtute omnium precedentium cavit lapidem, 8. *Physicorum* (t. c. 23); — hoc nihil est, Numquam enim in talibus ultimum completere causat effectum in virtute precedentium, nisi quia precedentia dereliquerunt aliquam dispositionem previam ad illum terminum; haec autem syllabea precedentia, nullam talem dispositionem derelinquunt ante ultimam; igitur, etc.

Tertio. Quia in aliquo sacramento, scilicet in Eucharistia, non videtur ista causalitas esse possibilis: et hoc, sive loquamus de sacramento pleno, sive Eucharistia jam consecrata; vel de ipsa consecratione sacramentali, que est via ad sacramentum. Nam, primo modo loquendo, illa species panis non videtur esse causa instrumentalis attingendo effectum, scilicet existentiam realem corporis Christi hic, neque etiam aliquam dispositionem ad illum effectum. De consecratione etiam patet quod illa verba prolati non attingunt transubstantiationem, que est terminus principalis illius consecrationis; cum illa transubstantiatio non fiat nisi virtute Dei infinita; quod aequi vel magis patet quam de creatione. Neque attingit aliquam dispositionem previam ad illam transubstantiationem. Quia aut illa dispositio esset in pane, aut in corpore Christi. Nenarrum potest dici. Non enim in corpore Christi; quia jam non esset dispositio. Nec in pane: quia, cum illa dispositio esset necessitas ad transubstantiationem, in eodem instanti cum transubstantiatione esset; et tunc in illo instanti esset panis, quia quando est dispositio, est eius subjectum; sic ergo panis esset (α) in illo eodem instanti in quo est illa dispositio et transubstantiatio; quod includit contradictionem. — Similiter, prædictio videtur quod per ista verba, *Hoc est corpus meum*, magis alteretur panis quam per alia verba prolati, puta, *Iste panis est panis*, et hujusmodi; cum sonus non habeat virtutem activam ad causandum realem alterationem, ut appareat, in pane. — Potest etiam hoc argui ut prius. Quia illa verba sacramentalia habent esse in tempore; igitur et actionem suam in tempore. Illa autem dispositio ad Eucharistiam, si finigatur, non potest causari in tempore, propter ea quæ supra dicta sunt. — In proposito etiam est ratio specialis quare verba consecrationis hostiae non possunt habere actionem respectu transubstantiationis, seu dispositionis necessarie ad illam transubstantiationem. Quia non prius agunt circa passum, quam tangant illud, secundum te, et secundum Philosophum, 3. *Physicorum* (t. c. 16, etc.; et 7. *Phys.*, t. c. 8), de simultate agentis et passi.

(α) *asset.* — Om. Pr.

Nunc (β) autem, in instanti complete prolationis, nondum species hujusmodi objecti verborum tangunt speciem panis; quia multiplicatio soni non fit nisi in tempore, secundum Philosophum, in *de Sensu et Sensato*; objectione penultima. Igitur per tempus, post ultimum instans complete prolationis, nondum transubstantiatio facta est; nec dispositio prævia ad ipsam. Igitur panis per totum illud tempus permanet; quod est contra communem opinionem de Eucharistia.

Quarto arguitur. Quia ista opinio ponit pluralitatem sine necessitate; quod est contra doctrinam philosophorum, ut patet, 1. *Physicorum* (t. c. 6 et seq., et 56), de opinione Melissi et ejus commentatorum, contra Anaxagoram, et 8. *Physicorum* (t. c. 48), et 3. *de Anima* (t. c. 45 et 60); quia natura nihil facit frustra. Semper enim paucitas, si sufficiat ad salvandum apparentiam, est magis ponenda. Sed talem dispositionem fieri universaliter in sacramentis, omnino videtur superfluum; nec hujusmodi pluralitatis videtur esse aliqua necessitas: ut patet in Eucharistia; quia fictio purissima videtur esse ponere aliquam dispositionem praecedentem, vel interspecies panis, que sunt sacramentum, et inter-existentiam corporis Christi, quæ est res significata. In aliis etiam sacramentis hoc probatur. Nam in illis que non imprimit characterem, nulla necessitas videtur ponendi talem dispositionem, que dicitur ornatus, secundum te; immo hoc videtur contra communem doctrinam theologorum. In quibuscumque enim sacramentis imprimitur dispositio ad effectum principalem, si, propter obicem in suscipiente, non causatur tunc effectus finalis, cessante obice, sufficit dispositio ad illum effectum principalem. Apparet etiam in sacramentis imprimentibus characterem, quæ propter hoc sunt ininterribilia. Sed in fictiō pœnitente, cessante fictione, nihil est quod sufficiat ad effectum veræ pœnitentiae; alioquin non oportet talem fictiō confessum, de eisdem peccatis iterum confiteri (6). Igitur in tali sacramento nulla imprimitur dispositio, quæ sit dispositio necessitans ad effectum sacramenti. — Haec Scotus, in forma.

III. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (4. *Sentent.*, dist. 1, q. 1, art. 1) multipliciter. Et

Primo sic. Si sacramentum haberet talem efficaciam et virtutem, hoc deberet ponи in sacramento dignissimo, puta Eucharistie. Sed talem efficaciam et virtutem impossibile est ponи in sacramento Eucharistie. Igitur non oportet ponere in aliis ad salvandum eorum dignitatem. Minor probatur. Quia transubstantiatio est actio incomprehensibilis intel-

(α) *Num.* — *Nec Pr.*

(β) *alias.* — *Ad Pr.*

lectui creato : puta quod aliquid transeat in aliud, et nihil ponat in eo, nec maneat in se, nec annihiletur, hoc videtur incomprehensibile omni creato intellectui. Et ratio est : quia passio in secundo modo dicens per se, hic separatur a subjecto, cum tamen subjectum in natura sua determinet sibi hanc passionem. — Dicetur forte quod istam transsubstantiationem dupliciter possumus considerare : scilicet quantum ad terminum ad quem, scilicet corpus Christi; et terminum a quo, puta substantiam panis. Liceat ergo sacramentum non habeat efficaciam circa terminum ad quem, habet tamen circa terminum a quo; omnia autem illa miracula sunt circa terminum ad quem. — Contra istam responsionem arguitur sic : Quia non intelligo quod ista opinio velit dicere quod virtute transsubstantiationis fiat aliquid in pane, puta dispositio aliqua, sicut aliqua molles, vel aliqua alia qualitas, vel respectus, quo panis aptius transeat in corpus Christi : si enim mille tales qualitates fiant, non propter hoc appareret panis magis aptus ad transsubstantiationem in corpus Christi. Secundo, quia illa qualitas et dispositio induceretur in pane in ultimo instanti prolationis verborum sacramentalium; sed ultimo instanti prolationis verborum, panis non est, sed desinit esse; et sic illa dispositio et qualitas fieret in non ente. Sic igitur intelligo istam responsionem : non quod sacramentalia verba (z) sic agant in transitum panis in corpus Christi, quia sic agerent in termino ad quem; sed quia agunt in panem, non positive, causando dispositionem aliquam in pane, sed privative, agendo in desinitionem panis, ita quod virtute eorum desinit esse panis. Et si opinio sic intelligatur, arguitur contra eam; et probo quod, si sacramentalia verba (z) agunt ad desinitionem panis, necessario agunt ad transitum in corpus Christi. Et arguitur sic

Primo (y). Eadem actione et motu quo quis reddit a termino a quo, accedit ad terminum ad quem : nam nihil aliud est recessus ab hoc, quam accessus ad hoc; per hoc enim quod accedo ad hoc, recedo ab hoc. Sed, per te, virtute verborum fit recessus a substantia panis. Igitur, virtute eorum, fit accessus ad corpus Christi.

Secundo. Quia, si verba sacramentalia agunt ad desinitionem panis, igitur actio eorum erit annihiliativa. Sed impossibile est quod annihilare conveniat alicui creature. Tum etiam quia per hoc Doctores evadunt quod panis in transsubstantiatione non annihilatur, quia transsubstantatio non terminatur ad non esse panis, sed ad esse corporis Christi; quia panis non desinit esse, sed convertitur in corpus Christi.

Tertio. Quia desinitio esse panis, nihil aliud est quod substractio influxus Dei in esse panis. Igitur agere ad hoc, est agere ad hoc quod Deus subtrahat influxum respectu panis; et tunc, si illa virtus potest agere ad hoc quod Deus subtrahat influxum respectu panis, ita et posset agere ad hoc quod subtraheret (x) influxum respectu alterius creaturae. Ergo illud sacramentum non potest agere ad desinitionem panis. — Confirmatur. Quia panis sic desinit esse, quod totum esse panis, scilicet materia et forma, desinit esse. Tunc sic : Impossibile est aliquam creaturam sic agere ad desinitionem alicujus. Igitur, etc. Assumptum probatur : quia nullum accidens primo agit ad desinitionem sui subjecti; omnis autem actio creature est accidens, habens creaturam pro subjecto; ergo nullius creature actio est primo ad desinitionem materiae.

Quarto sic. Suppono (z) primo, quod omnis actio creature est accidens. Secundo, suppono (y) quod in transsubstantiatione sunt duo signa : primum est non entitas panis; secundum est entitas corporis Christi. Quero igitur de actione verborum sacramentalium : in quo est subjective? Aut in primo signo substantiae ipsius panis; aut in signo substantiae corporis Christi; aut est actio sine subjecto subsistens. Non potest dici primum : quia in illo signo est non entitas panis. Probatur : quia in instanti in quo est transsubstantatio, primo non est panis; quia tunc primo conversus est in corpus Christi. Nec potest dici secundum : quia, per te, actio procedens virtute illorum verborum non attingit terminum ad quem. Relinquitur igitur tertius modus, quod actio illa sit subsistens; vel oportet dicere quod talis actio est impossibilis. — Dices quod actio illa est in substantia panis, quae desinit esse : substantia enim panis est in aliquo ultimo, in toto tempore praecedente conversionem; et actio est in pane, pro instanti desinitionis, ad quod immediate sequitur totum tempus in quo panis habet non esse. — Contra istam responsionem arguitur sic. Suppono (z) quod panis non desinit esse per motum, sed in instanti complete prolationis verborum, in quo primo est actio divina, respectu termini ad quem. Tunc sic : Aut actio illorum verborum est in eodem instanti in quo est actio divina; et tunc, cum actio illa, per te, sit subjective in pane, habeo quod in eodem instanti erit ibi substantia panis et esse corporis Christi. Aut actio divina et actio verborum est in alio et alio instanti. Et tunc : vel inter illa duo instantia est tempus medium, et tunc cadit medium inter esse panis et esse corporis Christi, ita quod est tempus in quo nec est ibi panis nec corpus Christi; vel inter illa duo instantia non cadit tempus medium,

(x) *subtraheret*. — *subtrahet* Pr.

(z) *Suppono*. — *supposito* Pr.

(y) *suppono*. — *supposito* Pr.

(z) *Suppono*. — *supposito* Pr.

(z) *sacramentalia verba*. — *sacraenta* Pr.

(z) *sacramentalia verba*. — *sacraenta* Pr.

(y) *Primo*. — Om. Pr.

et sic erunt duo instantia immediata. Igitur oportet dicere quod actio illorum verborum sit in instanti in quo est actio divina circa corpus Christi, et per consequens quando panis primo non est; et sic non est subjective in pane. Igitur vel est subjective in termino ad quem, scilicet in corpore Christi; vel est subsistens. Utrumque autem est impossibile. Sic igitur patet quod in sacramento Eucharistie non potest esse aliqua activitas respectu ejusdemque dispositionis in pane; nec respectu desinitionis panis; nec respectu termini ad quem, quia tunc actio creature haberet in termino ad quem multa miracula, quæ sunt possibilia soli divinae virtuti.

Secundo principaliter arguit sic (*ibid.*, art. 2): Ad salvandum veram efficaciam sacramentorum respectu gratiae et sanctificationis quam attribunnt eis sancti, non oportet ponere talem virtutem inhaerentem, per quam attingant ad aliquam dispositiōnēm præviā ad gratiam, puta characterem, vel ornatum. Igitur conclusio falsa. Consequentia tenet. Sed assumptum probatur. Quia illi de alia opinione ita bene salvant efficaciam et activitatem sacramentorum, sicut tu. Quod probatur dupli ratione. Prima est: Quia quando due dispositiones ita se habent ad aliquam formam, sic quod una non est magis dispositio vel necessitas ex natura rei quam alia, immo neutra est dispositio ex natura rei, sed utraque est dispositio tantummodo per voluntatem agentis, æque bene salvat causalitatem dispositivam qui ponit quod inducit tantum per secundam dispositionem, sicut ille qui ponit quod inducit per primam. Probatio istius est: Nam, per te, causalitas sacramentorum non est nisi dispositiva, per hoc quod inducunt dispositionem ad gratiam. Si igitur hoc quod tu ponis, non est magis dispositio ex natura rei quam illud quod ponitur ab aliis, sed utrumque est dispositio quia placet principali agenti, sequitur quod ita bene agit aliquid inducendo aliam dispositionem, quæcumque sit illa, sicut agit inducens præviā dispositionem, quam tu ponis. Sed character, vel ornatus, qui, per te, ponitur dispositio ad gratiam in anima, non est magis dispositio vel necessitas ex natura rei, quam sit illa extrinseca operatio naturalis sacramenti, puta ablutio, vel aliquid hujusmodi; immo utrumque est dispositio, quia placet divinae voluntati; et æque bene placet divinae voluntati quod sola ablutio sit dispositio, sicut ponunt alii, sicut character, vel ornatus, quem (*a*) tu ponis. Ergo non magis tua positio salvat efficaciam sacramentorum, quam illi qui ponunt in sacramentis tantum naturalem operationem exteriorem. Major nota est. Minor probatur, scilicet quod character non est magis dispositio ad gratiam ex natura rei, quam sit naturalis operatio extrinseca sacramentorum. *Primo*: quia, dato opposito, sequi-

(*a*) *quem*. — *quam* Pr.

tur quod habens summam gratiam, deberet habere summum characterem. Probatur: Quia habens formam aliquam in summo, necessario habet dispositionem quæ necessitat ad illam formam, in summo; verbi gratia, habens formam ignis in summo, habet dispositionem quæ ad illam necessitat, in summo. Sed consequens est falsum: quia in Christo fuit gratia in summo, quia non est ei datus Spiritus ad mensuram; et tamen Christus non habuit characterem; quia character est spiritualis potestas a Christo derivata (*a*), haec autem potestas spiritualis non est in Christo. — *Secundo* ad idem: Quando aliquid est dispositio ex natura rei, ubicumque est forma, ibi est dispositio. Si igitur character esset dispositio ad gratiam ex natura rei, tunc esset character in quocumque esset gratia. Sed consequens est falsum: quia in antiquis patribus, puta Abraham et aliis, non est dubium quin fuit gratia; et tamen in eis nullus ponitur ornatus, aut character. — *Tertio* ad idem: Quia gratia precedit characterem. Nulla autem forma precedit suam dispositionem. Assumptum patet: Quia in catechumeno (*b*) adulto contrito est gratia; et tamen non est character, nisi postquam est baptizatus. Tum quia communiter tenetur quod ex contritione cordis dimittitur (*c*) culpa; ergo tunc datur gratia, quia de facto nullus est sine culpa, nisi sit in gratia; et tamen character non datur ei ex sola contritione, sed post susceptiōnem sacramenti. — *Quarto* ad idem: Aequa immediate anima est susceptiva gratiae, sicut gloriae. Sed anima secundum solam essentiam suam est susceptiva glorie; secundum Augustinum (*14. de Trinitate*, cap. 8), eo enim anima est capax (*d*) beatitudinis, quo est imago Trinitatis. Ergo similiter, secundum suam substantiam est capax gratiae. — Confirmatur: Quia quādū manet dispositio quæ est necessitans (*e*) ad formam, manet forma. Sed non tamdiu manet gratia, quādū manet character. Patet de malo sacerdote, quo cadente in peccatum mortale, manet character, non tamen manet gratia. Sic igitur appareat quod character non est dispositio ad gratiam, nisi sola divina voluntate, quia placet Deo. Sed æque bene sola ablutio, vel quæcumque alia operatio naturalis sacramenti, potest esse dispositio: ut puta, si placeret Deo quod cuicunque fuerit talis operatio applicata, datur gratia. Igitur non magis sacramenta erunt causa dispositiva gratiae, per hoc quod fuerint activa respectu characteris, quam per hoc quod habent proprias operationes naturales.

(*a*) *derivata*. — *determinata* Pr.

(*b*) *catechumeno*. — *catechizato* Pr.

(*c*) *dimittitur*. — *diminuitur* Pr.

(*d*) Verba Augustini sunt: *Eo quippe ipso imago ejus est, quo ejus capax est, ejusque particeps esse potest; quod tam magnum bonum, nisi per hoc quod imago ejus est, non potest.*

(*e*) *necessitans*. — *necessitas* Pr.

Secunda ratio pro principali assumpto est talis : Ille modus qui salvat efficaciam sacramentorum cum pluribus pactis et pluribus inconvenientibus, non salvat aequo bene efficaciam sacramentorum sicut ille modus qui salvat cum paucioribus pactis et nullis inconvenientibus. Sed ponentes sacramenta agere tales characteres et ornatus praevious ad gratiam per virtutes infusas, ponunt plura et superflua pacta. Quod probatur. Nam ad minus oportet quod ponant quatuor pacta. Primum est de infusione virtutis : puta quod Deus, accedente verbo ad elementum, pepigerit infundere hujusmodi virtutem. Secundum pactum est in electione : nam, si sacerdos habeat tres hostias coram se, et proferat verba sacramentalia, dirigendo actionem suam ad unam illarum, illa sola convertitur in corpus Christi; ergo oportet quod hic sit novum pactum, ut Deus pepigerit quod virtus quam infundit verbis, non agat nisi in illud ad quod dirigitur intentio proferentis. Tertium pactum est in exspectatione : nam in sacramento baptismi, quod integratur ex ablutione et verbo, non (α) oportet quod idem instans sit finis ablutionis et prolationis verborum; igitur, si prius finiantur verba quam ablutio, oportet quod Deus pepigerit quod exspectabit quousque sit facta ablutio et finita; vel, si prius sacerdos ablueret puerum quam verba finiantur, si, finita ablutione, puer habet characterem, igitur nihil faciunt ulterius verba illa; si vero nondum habet characterem et gratiam Christi, igitur Deus exspectat, ita quod pepigit quod non dabit gratiam, quousque verba finiantur. Quartum pactum est, quia Deus pepigit quod habenti characterem dabit gratiam; quod pactum aliud est a predictis. Iste modus similiter ponit multa inconvenientia, que superius sunt adducta. — Confirmatur. Quia aut illa verba causant characterem ad prolationem ultime syllabae, aut per omnes simul. Non secundum : quia impossibile est quod omnes syllabae simul proferantur; nihil autem causat quando non est. Nec primum potest dari : quia tunc primae fuerunt superflue, nec fuerunt dignae; et si non per primam, eadem ratione nec per ultimam. Quod si dicas quod per ultimam, in virtute praecedentium, jam venis ad aliud pactum; quia oportet te dicere quod sic est, quia Deus sic statuit. Cur igitur Deus non posset sic statuere, quod cui fuerit applicata exterior ablutio, immediate conserat ei gratiam? — Confirmatur adhuc. Quia non apparet, si ponatur talis virtus in verbis, ubi sit subjective. Non enim in voce, aut sono : quia est quedam qualitas; qualitas autem non est subjectum qualitatis. Nec in aere fracto, vel gutture, aut toto spatio; quia omnia ista sonant in quamdam inconvenientiam. Non igitur ista sacra-

menta plus faciunt per virtutem infusam, quam per solam ablutionem exteriorem.

Tertio principaliter arguit (ibid., art. 3), probando quod distinctio facta de causa principali et instrumentalis non juvet. Quia instrumenta non aliter agunt, nisi quia recipiunt primum effectum ipsius agentis principalis, qui non est aliud quam motus localis; nec habent aliquam virtutem impressam a principali agente, sed solum motum localem. Ponere autem sacramenta illo modo agere, est inconveniens. Assumptum probatur. Quia sicut est in aliis motibus, sic, suo modo, in motu locali. Sed in aliis motibus, puta in motu ad formam, agens active expellit formam per se, et per suum principium intrinsecum; forma autem indueta ab agente, non expellit illam formam active, sed actio agentis terminatur ad inductionem albedinis, qua inducta, propter incompossibilitatem, sequitur non esse nigredinis; quod quidem est ab agente effective, formaliter vero ab ipsa albedine. Ergo sic est in motu locali, quod per illud quod movetur ad *ubi* non expellitur aliud corpus active, sed tantum propter incompossibilitatem subjectivam, qua impossibile est eundem situm numero esse in duabus dimensionibus; active autem expellitur per movens tale mobile. Imaginandum est ergo (α) quod in omni actione artis per instrumentum, primus effectus agentis est motus localis ordinatus ad ulteriorem effectum; iste autem motus localis recipitur in instrumento, per quem aquiritur instrumento aliquis situs, et ex consequenti excluditur ab eodem situ aliud corpus, eodem modo quo, acquisita aliqua forma alicuius subjecto, ex consequenti fit exclusio effectus formalis alterius forme ab illo subjecto; et sic, per hoc, in corpore fit aliud et aliud situs; et, per consequens, alia et alia figura, quia alietas figure sequitur ad alietatem situs partium (quia figura non est aliud quam terminatio quantitatis, terminatio vero variatur ad variationem situalem partium quantitatis); et quia partes variant situm active ab agente, ex quadam autem repugnantia et incompossibilitate subjectiva ab instrumento quod primo recipit motum localem ab agente, ideo alia et alia variationes situs partium exigunt aliud et aliud instrumentum. Cum ergo sacramenta non agant sicut instrumenta artificialia (per hoc quod recipiunt motum localem, et causant ex quadam incompossibilitate aliud et aliud situm), nec per modum instrumentorum naturalium (nam talia non sunt aliud quam qualitates complexionales, facientes consimiles qualitates, ad quas necessario sequitur forma substantialis; non sic autem potest poni de sacramentis), sequitur quod improprie dictum est quod agant ad gratiam instrumentaliter; sed, si agant, hoc est applicando activa passivis. — Haec Aureolus,

(α) *enim*. — Ad. Pr.

(α) *ergo*. — *enim* Pr.

in forma, contra tertiam et aliqualiter contra quartam conclusiones.

§ 4. — CONTRA QUARTAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. — Contra quartam arguit Durandus (dist. 1, q. 4), probando

Primo (α), quod nec in rebus, nec in verbis sacramentalibus, sit ponenda aliqua virtus spiritualis, a Deo infixa, que causet instrumentaliter dispositionem vel ornatum in anima. Quod enim, inquit, in rebus spiritualibus, sicut est anima rationalis cum suis potentiis separabilibus, possit esse dispositio spiritualis, consonum est rationi. Sed quod in rebus pure corporalibus, quales sunt res sacramentales, possit esse virtus seu qualitas spiritualis, non videtur consonum rationi. Non enim quodlibet accidentis natum est esse in quolibet subjecto, sed determinatum in determinato: actus enim activorum sunt in paciente dispositio. Subjectum autem receptivum virtutis spiritualis, non est res corporalis; sicut subjectum susceptivum accidentis corporalis, non est res spiritualis. Unde, sicut angelus non potest esse subjectum quantitatis corporalis, vel coloris; sic res corporales (ε), sicut sunt res sacramentales, non sunt susceptivae activitatis seu virtutis spiritualis.

Ad hoc dicunt quidam, quod, licet res spiritualis, ut angelus, non possit (γ) esse subjectum quantitatis, vel albedinis, vel alterius qualitatis corporalis, denominatur tamen a conditione corporali, ratione effectus quem facit in corpore: dicimus enim angelum esse in loco, ratione effectus quem facit circa corpus existens in loco. Et similiter, ut dicunt, quamvis virtus que est in sacramento, non sit spiritualis per essentiam, nec ratione subjecti, potest tamen dici spiritualis, ratione effectus quem facit in anima, quae est spiritualis; sicut etiam herba dieitur sana, ratione sanitatis quam facit. — Sed hoc non valet: quia rationi bene consonat quod corpus agat in corpus, et spiritus in corpus, et quod denominantur ab effectu quem faciunt; sed non consonat rationi quod corpus agat in spiritu; nec, per consequens, habet ibi locum denominatio ab effectu.

Secundo arguit. Quia, qua ratione esset aliqua virtus in verbis, eadem ratione esset in aliis rebus sacramentalibus, et in ministro; quia haec omnia sunt de necessitate sacramenti. Sed hoc non potest esse, ut probatur. Igitur, etc. Probatio minoris: Quia, si in quolibet predicatorum sit aliqua virtus, tunc multiplicabuntur virtutes, secundum multiplicationem eorum. Hoc autem non videtur conve-

niens. Quia, in genere cause efficientis, plura non occurunt immediate ad unum effectum, nisi propter imperfectionem enjuslibet eorum; supplement enim omnia vicem unius perfecti agentis. Si ergo sunt plures virtutes, secundum pluralitatem eorum que concurrunt ad necessitatem sacramenti, sequitur quod quelibet sit imperfecta et de se insufficiens ad producendum effectum sacramenti; et sic Deus daret plures virtutes rebus sacramentalibus, quia non posset esse unica que totum produceret; quod est fictium; vel, si posset esse aliqua una talis, melius esset quod illa daretur sacramentis, quam quod aliae imperfectae multiplicarentur.

Tertio arguitur sic, quod nec in ipsis verbis videatur esse talis virtus. Quia, cum oratio sit quantitas discreta, impossibile est unam virtutem numero esse in tota oratione. Oportet igitur quod vel sint tot virtutes quot sunt syllabe in oratione, vel quod solum in ultima syllaba sit virtus illa. Non potest dici quod in qualibet syllaba sit specialis virtus. Quia, cum sacramenta non habeant efficaciam suam nisi in ultimo instanti quo verba complentur, ante quod instans precedentes syllabe desierunt esse, et, per consequens, virtutes existentes in eis, sequitur quod ille virtutes nihil faciunt ad effectum sacramenti: nec in inducendo ipsum, quia tunc non sunt; nec in disponendo (sicut dicitur de guttis precedentibus cavitatem lapidis, que disponunt ad illud quod ultima perficit), quia ante characterem, vel ornatum quem sacramenta efficiunt, nulla dispositio praeedit in anima, que fiat per sacramenta. Item, nec talis virtus est solum in ultima syllaba: quia, per eamdem rationem, virtus que est in aqua baptismi, esset solum in ultima parte aquae que tangit corpus baptizati; quod satis assimilatur fictio.

Quarto arguitur sic: Nullum instrumentum agit in virtute alterius circa aliquam materiam, nisi exercendo circa eamdem suam propriam actionem: licet enim Deus posset immediate facere lectum, si tamen faciat mediante dolabra ut instrumento, necesse est quod dolabra suam propriam actionem exerceat circa materiam de qua fit lectus. Sed res sacramentales, emperitos corporales, suam propriam actionem non possunt habere circa animam, in qua recipitur effectus sacramenti, ut probat Augustinus, 6. Musicae (cap. 5). Igitur impossibile est quod res sacramentales agant aliquid in anima nostra in virtute alterius.

Ad hoc respondent aliqui, quod res sacramentales agunt de se circa totum compositum: sicut aqua baptismi corpus animatum abhuit, et oleum ungit; et, per consequens, agunt in qualibet partem; propter quod, ut instrumentum Dei (α), possunt agere in animam, quae est pars totius compo-

(α) Primo. — Om. Pr.
(ε) non sunt. — Ad. Pr.
(γ) possit. — posset Pr.

(α) Dei. — dici Pr.

siti. — Sed istud non valet. Quia illud quod agit in totum compositum, non potest agere in quamlibet partem, nisi quantum ad id in quo partes sibi invicem communicant in composito; quia actio et passio communis requirunt aliquam causam communem. Sed anima, ut est susceptiva gratiae, vel characteris, vel alterius dispositionis causata per sacramentum, in nullo communicat cum corpore, quantum ad aliquam conditionem pertinentem ad compositum. Igitur res sacramentalis quae agit in totum compositum, non propter hoc agit in animam ut est susceptiva gratiae vel alterius spiritualis effectus. Et sic idem quod prius.

Quinto arguit contra illud quod dicitur, quod omne instrumentum, dum movetur a principali agente, recipit ab eo aliquam virtutem. Advertendum est, inquit, quod instrumentum vocatur aliquid duplieiter. *Uno modo*, id quod non agit nisi motum localiter; sicut est instrumentum artis, ut dolabra, vel securis, respectu artificis. Et in talibus recipitur proprie nomen instrumenti. Et tale instrumentum non agit nisi motum, et per virtutem receptam a principali agente; vocando virtutem receptam motum localem in eo causatum, et non aliquid aliud; quia per motum localem nulla forma fit in mobili, ut dicitur, 8. *Physicorum* (t. c. 59); ipse tamen motus localis potest dici virtus, quia motus localis unius est ratio movendi aliud, sicut motus localis baculi est causa motus localis lapidis vel aeris. Et quia pura forma artificialis, ut est forma domus, vel scanni, potest acquiri per solum motum localem, cum non sit aliud quam ordo vel compositio, in talibus instrumentum agit motum localiter, et per virtutem receptam, que est ipsem motus localis; nec est querenda alia, ratione jam dicta. Virtus autem quae est motus localis, vel per talum motum acquisita, non est sacramentis a Deo influxa; quia omnis motus localis qui est in rebus sacramentalibus, fit praecise a virtute pure naturali ipsius ministri. *Alio modo* capitur instrumentum minus proprie, pro agente secundario: sive coniuncto, sicut calor naturalis dicitur instrumentum anime, et omnis qualitas activa naturalis dicitur esse instrumentum forme substantialis; sive separato, sicut agentia naturalia inferiora dicuntur instrumenta superiorum agentium, a quibus habent formas suas et virtutes operandi. Instrumentum autem coniunctum, ut calor anime, non movetur localiter a principali agente, ut de se patet. Nec recipit ab eo aliquam virtutem: quia, eadem ratione, virtus illa reciperet quandam aliam ad hoc ut attingeret ad educationem forme substantialis, cum ipsa sit accidentis sicut et prima, nec agat ultra suam speciem nisi virtute alterius; et sic esset processus in infinitum in virtutibus receptis; quod est inconveniens. Dicitur igitur istud instrumentum agere in virtute alterius, quatenus est ei coniunctum;

etum; et actio ejus ordinatur sub actione principalis agentis, ut disponens. Instrumentum autem separatum, quod est secundariorum agens, recipit a principali agente formam et virtutem operandi. Non tamen oportet quod, quando agit de novo, recipiat novam virtutem; sed agit per virtutem prius receivedam, secundum cursum naturae. Et per hoc non potest dici quod res sacramentales recipient aliquam virtutem a Deo, quando applicantur ad usum. Non tamen est negandum quin Deus possit eis aliquam virtutem influere, illam dumtaxat cuius a natura sunt capaces; sed nulla necessitas aut congruitas apparuit quod ita sit de facto.

Sexto arguit sic: Sacraenta novae legis dieuntur esse signa et cause. Et quod sint signa, non habet calumniam; sed de causalitate, et modo causalitatis, dubitatur. Arguitur igitur (2) sic: Sicut rebus sacramentalibus competit ratio signi, sic et ratio cause, et non plus. Sed res sacramentales non sunt signa gratiae, nisi ex pactione, ordinatione, seu institutione. Ergo non sunt causa gratiae, nisi ex pactione, et ordinatione, et institutione divina (6); et non per aliquam virtutem eis inherenter, vel in eis existentem.

Septimo sic: Secundum omnes, circumcisio in veteri lege conferebat gratiam. Sed hoc fuit solum ex quadam pactione divine ordinationis, sicut habetur, *Genes. 17* (v. 10): *Hoc est pactum meum quod observabitis, circumcidetur in vobis omne masculinum*. Et ibidem (v. 14): *Masculus cuius caro præputii circumcisæ non fuerit, delebitur anima ejus de populo suo; quia pactum meum irritum fecit*. Et similiter videtur quod in aliis sacramentis non conferatur gratia, nisi ex pactione divina. — Confirmatur per Bedam, qui dicit in *Homilia de Circumcisione Domini*, quod *idem salutifere curationis auxilium, circumcision, in lege, contra originalis peccati vulnus, agebat, quod nunc baptismus agere, revelatae gratiæ tempore, consuerit*. Ecce quod etiam similem actionem attribuit circumcisioni et baptismo. Si ergo circumcisionio nihil agebat nisi ex pacto, et ut *causa sine qua non*, sequitur quod nec baptismus, nec alia sacramenta.

Octavo sic: Sicut se habet lex vetus ad legem novam, sic sacramenta novæ legis ad sacramenta veteris legis. Sed lex vetus sic se habet ad novam legem, quod illud quod promittebatur in lege veteri, solvit in nova, non per legem, sed a Deo in lege. Igitur similiter est in sacramentis, quod gratia in sacramentis veteris legis promissa, vel figurata, exhibetur in sacramentis nova legis, non quidem per ipsa, sed a Deo in ipsis. Et in hoc sufficienter excellunt sacramenta nova legis sacramenta veteris

(2) *primo*. — Ad. Pr.

(6) a verbo *Ergo usque ad divinæ, om. Pr.*

legis, sicut lex nova legem veterem; nec est quærenda major excellētia, quia ista sufficit.

Nono. Quia ratio in qua videtur potissimum fundari cōtraria opinio, est quia *causa sine qua non*, si nihil faciat ad effectum, inducendo, disponendo, vel meliorando, quantum ad rationem causandi, nihil habet supra causas per accidens; sicut albedo domisicatoris non est causa dominus, nisi per accidens. Nec pactio dat aliquid de ratione cause, sed solum de ratione signi, ut patet in exemplo de denario plumbeo. Quod autem est per accidens, omittitur ab arte, nec ponitur in diffinitione, ut dicitur in G. *Metaphysicæ* (t. c. 4 et seq.). Unde videtur quod, si sacramenta non essent nisi *causa sine qua non*, in diffinitione sacramenti non poneatur ista causalitas; nec sancti fuissent ita solliciti ponere istam causalitatem in diffinitione sacramenti. — Sed hoc non valet. Quia nullus sanctus posuit in diffinitione sacramenti, quod esset causa gratiae, sed solum Magister *Sentent.*, qui accepit ab Augustino, ex secundo libro Augustini de *Doctrina christiana*, quod *sacramentum est in visibilis gratiae visibilis forma*; et addidit de suo illud quod sequitur, scilicet *ut ejus imaginem gerat, et causa existat*. Nullus autem potest melius expōtere Magistrum, quam ipse semelipsum. Ipse autem exponit seipsum in littera, dicens quod homo non querit salutem in sacramentis, quasi ab eis, sed per illa a Deo. Nec videtur valere illud quod aliqui dicunt quod in illis verbis Magistri, haec praepositio *a* denotat principale agens, sed haec praepositio *per* denotat causam instrumentalē. Quia talis causa instrumentalis accipienda est de *causa sine qua non*, secundum descriptionem beati Augustini (z), dicentes quod *sacramentum est in quo, sub tegumento rerum visibilium, divina virtus salutem nostram secretius operatur*. — Quod autem additur, quod illud quod est per accidens, dimittitur ab arte, nec debet ponи in diffinitione vel descriptione; — dicendum est quod dupliceiter est accidens. Unum, accidens per accidens, quod est separabile, et nihil penitus facit, nec ad operationem rei, nec ad ejus notificationem, sicut est de albedine respectu aedificatoris; de quo accidente procedit argumentum. Aliud est accidens proprium: vel ex natura rei, sicut risibile est proprium homini; vel ex ordinatione humana, sicut denarius plumbus accipit rationem signi et *causæ sine qua non* respectu eleemosyne regis; vel ex ordinatione divina, sicut res naturales accipiunt rationem signi et *causæ sine qua non* respectu gratiae. Et tale accidens multum facit ad notificationem rei. Et ideo debet ponи in descriptione notificante rem, præcipue quantum ad quid nominis, sicut est descriptio sacramenti.

Dœcimo. Quia auctoritas Augustini (tract. 80 in

Johan.), vel Bedæ (cap. 10 in Lucam), in qua fundatur contraria opinio, non juvat. — Non quidem Augustini. Quia non est ejus intentio, quod in aqua baptismi sit aliqua virtus inherens ei, sed quod ibi est sola virtus divina assistens, sicut ipse dicit in notificatione sacramenti, dicens quod *sacramentum est in quo, sub tegumento rerum sensibilium, virtus divina salutem nostram secretius operatur*. Unde verba sua sunt ista: *Unde est haec tanta vis aquæ, ut corpus tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?* Ecce quod non dicit aliquam virtutem esse in aqua, nisi quam facit fides verbi quo baptismus confertur, hoc est, fides qua credimus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, in ejus invocatione confertur baptismus, remittere peccata in baptismō. Et sic dicitur esse virtus in aqua per verbum, quia vere credimus quod virtus Patris et Filii et Spiritus Sancti invocata per verbum, sanctificat baptizatum in aqua. Nec oportet imponere aliam virtutem inherenterem. Nec unquam hoc intellexit Augustinus. — Item auctoritas Bede non juvat; quia est contra tenentes aliam opinionem. Dicunt enim quod illa virtus est a Deo sicut a principali agente, et a passione Christi sicut a causa meritoria, et ex fide Ecclesie sicut ex continuante instrumentum principali agenti; sed caro Christi, vel ejus contactus, neutrum predictorum est; igitur ex contactu cum aquis, in suo baptismō, nulla vis data est aquis. Iten, si ex tactu carnis Christi esset data aliqua vis aquis, esset data tunc, et illis aquis quas caro Christi tetigit; et tunc illæ aquæ habuissent in se talem virtutem; quod iterum est contra eos; quia dicunt quod illa virtus non est in sacramentis, nisi quando applicantur per usum ad illum qui recipit sacramentum. Et ideo dicendum est quod Beda non intelligit quod aliqua virtus inhereret aquis ex contactu carnis Christi: cum ipse expresse dicat quod idem agebat circumcisio, quod nunc agit baptismus; et tamen nullus tenet quod circumcisio haberet aliquam virtutem inherenterem. Sed intelligit quod baptismus Christi, in quo caro Christi aquam tetigit, fuit signum et representatio quod per Christum effective, in quantum Deus, et meritorie, in quantum homo, baptisatus per ipsum institutus, esset sacramentum regenerationis spiritualis, que fit per aquam sub praescripta forma verborum tanquam per sacramentum, et per solum Deum tanquam per causam immediate efficientem quidquid ad spiritualem regenerationem pertinet. Et istud satis insinuat, Johan. 3, ubi Christus, loquens de baptismō, dicit (v. 5): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare in (a) regnum Dei;* ubi, postquam fecit mentionem de aqua baptismi, nomine aquæ, postea totam ejus efficaciam attribuit Spiritui

(x) Cfr. supra, pag. 5, col. 1, not. z.

(a) m. — Om. Pr.